DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA

DE

REMEDIORUM DOMESTICORUM ABUSU

QUAM

CONSENSU GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

DOCTORIS MEDICINAE ET CHIRURGIAE HONORES CAPESSITURUS

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

STEPHANUS JOSEPHUS LEIFHELM

ALTENBERGENSIS GUESTPHALUS

DIE XVII. M. Maji A. MDCCCXVII.

BEROLINI,

TYPIS JOANNIS FRIDERICI STARCKII.

PATRI DILECTISSIMO

CAR. JOS. LEIFHELM

MEDICO OBSTETRICI ET CHIRURGO

NEC NON

AVUNCULIS MEIS OPTIMIS

AUTORIBUS ET PATRONIS REVERENDISSIMIS

HENRICO ET BERNARDO

BECKSTEDDE

HASCE STUDIORUM PRIMITIAS

GRATA PIAQUE MENTE

DEDICAT

AUCTOR.

§ 1

Medicina incrementi maximam partem debet experimentis simulac observationibus; superstructa est, uti ex historia patet, firmissimo fundamento, experientiae. Primis generis humani aevis non nisi simplicissima remedia uti aqua frigida, acetum, oximel Hippocratis contra affectiones morbosas in familiis fuere adhibita, quae casu fortuitu, seu instinctu, seu analogia fuerunt detecta, et in casibus analogis applicata, donec tandem longo et suos aegros ante templi fores exponendi usu, eosque omnium praetereuntium consilio offerendi consuetudine, et solerti medicaminum complurium collectione et variatione medicinae nostrae rudimenta essent posita, quo seriusac gradatim tantum factum fuit illustrissimorum virorum conatibus, ut ab empirica ad rationalem transiretur Medicinam condendo, sistendo morborum et medicaminum systemata. Quamvis autem medicinam quotidie ad majorem perfectionem evehi, et medicorum numerum in immensum augeri videamus, ut eapropter tutam

medicinam a tutis etiam medicis exerceri aliqui vulgare sit, vix tamen morbus est, cui curand profanorum malesana cohors sese non immiscea morbum, prius quam medico innotescat, variu in modum deturbet, a cursu deflectat, ita ut m dico demum advocato varia et gravissima pon obstacula. Hippocrates protoparens noster in l bro suo de arte § 7 cognitionem abusus medic minum pro arte nostra maximae necessitatis momenti esse, affirmat.

Hisce ergo commotus mihi proposui, m menta quaedam circa remedia aliqua in luce proferre domestica sic dicta, unaque observat nes quasdem de iisdem indiscriminatim applic tis allegare.

§ 2

Primum notionem remediorum talium en cleare necesse mihi videtur.

Domestica remedia ea nominari solent, qu bus uti domesticis praesidiis profani in arte sir medici cujusdam auxilio, morbos curandi cau utuntur, seu propria eos ea experientia, seu s perstitio, aut traditio, casus fortuitus, aut qui quid demum sit aliud, edocuit.

§ 3

Spernendus minime vero ejusmodi remedi

rum usus non esset, modo si ab artis peritis contra morbos adhiberentur, quo efficeretur certe ut ex incongruo horum remediorum usu saepissime morbus levis sanabilis in gravem, diuturnum imoque lethalem mutaretur. Quotidiana et tristissima exempla veritatem hujus sententiae proh dolor demonstrare solent, nullum enim artis fuget peritum, quam plurimos esse morbos, qui jam ab initio medici auxilio explorari, aut omnino praeverti, aut tempore certo circumscribi, aut periculum denique praecaveri possit. Ast vulgus maximo aegrorum detrimento omnem fere morbum remedio domestico aggredi solet, antequam medicum rationalem in consilium vocat, qui demum arcessitus morbum non nunquam ita variegatum, complicatum suscepit, ut quid, et quomodo aggrediendum habeat, omnino haesitet, imo haesitare debeat; tali modo aegrum non ex perversa sola tractatione praecedenti, cujus effectibus tollendis amplius impar est, morti committere cogitur. Utinam non essent ita frequentia haec exempla terribilis consuetudinis maxime damnandae in variis terris, praecipue in terra Guestphalica, ex qua exempla tristissima hujusmodi permulta mihi constant.

§ 4

Vix profanorum ullum inveneris, quin huic

aut illi morbo sese opitulari posse affirmet, oblata occasione pestifera sua medicamina aut l bentissime vendat, aut nullo saltem habito di crimine exhibeat. Nullum certe opificium, nul ars ita late patens est, uti ars medica, nulla i abuti possunt, ut illa, equidem hominem novi pr fanum, qui artis abusu medicae enormes si comparaverat divitias. Ego a primis studii m medici initiis ad ejus modi remedia attent saepius occurrente mihi observandi occasione liuni plura notavi et conscripsi, quorum peric aliquot in lucem proferre mihi liceat.

§ 5

Agmen ducunt remedia numerosissima, qu in febribus intermittentibus pessimo aegroru consilio in usum vocari solent. A plebe sumit cochleare unum, vel plura pulveris zingiberis no adusto nimis copiose commixti, et diver paroxismi tempore, praesertim ante ingruens f gus consumunt. Alii consumptis tribus hali bus, aut arena fluviatili febrim tollere studer sed proh dolor! frustra. Alii aromata fervidis ma, piper nigrum hispanicum cum vini adu larga nimis copia imoque periculosa haud dul de certissimo effectu saluberrimaque ingerunt.

Quid dicam de hisce stimulantibus fortis mis, quibus multos abuti cognovi, sine ullo d

crimine morbum aggredientes, forsan et saepius ubi ne talis quidem existat. Sed ubi etiam adsit intermittens morbus, absente certe diathesi inflammatoria remedia illa sine ullo dubio venena evadere debent, ut nihilo minus saepius pessimi inde effectus exoriantur; necesse enim arbitror, ut abeant hae febres in continuas perniciosas, diuturnas, ut accedant dirae cephaleae, inflammationes, habitus corporis oematosus, et suppressa intempestive febri viscerum mala constitutio, infarctus, obstructiones, denique et cachexia totius organismi, demumque hydropem extra omnis dubitationis aleam propriis observationibus positum vidi.

§ 6

Haud raro etiam cortex peruvianus, divinum in medicorum rationalium manibus remedium indiscriminatim a profanis temppore incongruo exhibitum, non solum injusta dosi sed et regimine perverso datur, itaque cachexias multiplices, viscerum obstructiones, hypochondriasin, leucophlegmatiam, hydropem, et mortem insanientibus parat; sed ne taceam de perniciosissimo antifebrili remedio arsenico, non solum jam in eruditorum medicorum manibus versatur, sed etiam in profanorum saepius; a laicis in solutione salis tartari coctum forma tincturae ad guttas

aliquot porriginari solet, remedium, dosi minim mucilaginosis licet involutum, licet cum omnibu cautelis quoad fieri potest porrectum, nihilo mi nus semper noxiosissimorum effectuum, ut aucto res celeberrimi hujus aevi, inter quos illustriss imum C. W. Hufeland honoris causa nomino confirmant. Perillustrissimus C. W. Hufeland, ar senicum quomodocunque sit adornatum, aut tra vestitum veneni summam naturam nunquam de ponere, in perpetuum vires laedere digestrices, ae grum lenta tabe et febre hectica consumere, lae sisque simul pulmonum functionibus certae morti dare aegrum confirmat.

Jam si sub observationibus et experimentis viri hujus experimentissimi lethales hi effectu praeverti neutiquam possunt, quid mirum si in epta agyrtae manus aegro salutiferi remedii loc mortem propinet!

§ 7.

In morbis acutis febrilibus ad maxime stimu lantia plebem confugere multiplici observation cognovi, vidi calefacientia, sudorifera, aromat vinosa, vinum, vinum adustum, cinnamomum zingiberem exhiberi, quibus morbus mox ad sum mum exasperatus infaustissimam subire debe finem, quo unaque pessima aegros stragulis pon derosissimis onerandi cousuetudo maxime confe

re debet. Caute impeditur omnis aëris externi accessus, quem scilicet perniciosum putant, atque hunc in modum calor animalis morbosus maxima cum molestia aegri accumulatur, sic fere amburitur aeger, diffluit largissimis sudoribus maximas inter anxietatis molestias, exoptandum somnum quietum longe depellentibus, sic tandem non aegri vires funduntur, sed et humoribus alia prava miscela induci debet. Ergo saepius hac methodo exanthemata parasitica, milliaria, sudamina, petechiae imo invitantur.

§ 8

Nec aliud in febribus catarrhalibus cernitur, ubi quaevis fere mulier aliud atque aliud assignat remedium, nec habita, uti non potest fieri, individui, aetatis, constitutionis, temperamenti, generis et aliarum circumstantiarum ratione, neglectis complicationibus, phlebotomia, atque cura antiphlogistica morbus sudoriferis stimulantibus variis pariter exasperatur, donec finem infelicissimam, suppurationem petat. Sine dubio frequens haec methodus stimulans diaphoretica copiam inde enascentium praebet phthisium pulmonalium, et hoc in domesticorum unico abusu positum est. Non raro potus calidissimos ex vino adusto cum syrupo quodam, aromata cujusvis generis laudantes audivi, porrigentesque vidi.

§ 9

Erysipelas, frequentissimus cutaneorum morbus, cautissimam externorum remediorum applicationem postulans, frequentius diversis humidis pinguedinibus, fomentis vinosis, adstringentibus repellentibus imo spirituosis, narcoticis herbis emplastris, unguentis, cataplasmatibus tractari vidi, quarum possem varias tradere hic pertinentes historias, nisi brevitatis studium de his mihi tacendi imponeret officium. Quibus methodis morbum relicta sede pristina, interiora, caput, vel intestina petere, non raro in gangraenam, sphacelum abire; cuivis evidentissime elucebit.

§ 10

Nec in scarlatina morbo minores cernuntur abusus. Neglectis omnibus febris naturae, individui, complicationum rationibus, morbum sudoriferis ac regimine calidissimo superare tentant, sed dolendum, quod aegrum saepius si minus in mortem, attamen maximum praecipitent in periculum, et imprimis contra sensum, tempusque aegrum imprudenter aëri exponendo ad anasarcam, hydropes, et alios non raro lethales occasionem attrahunt morbos.

§ 11

Ad infantem morbillis afflictum de plebe ra-

ro vocatur medicus, uti mihi notum est, sed solum decoctis emollientibus tepidis terminare solent morbum, quo non paucos infantes morte intempestiva perire debent, itemque grassantibus variolis veris pessimo consilio vinum rubrum mulierculae commendare solent regimine calidissimo adjuncto, hostili morbo optimum nutrimentum, quo accenditur febris, unde variolae malignae cum summa prostratione virium progenerantur, unde impedimenta sese offerunt eruptioni pustularum, plerumque infantes morti vidimus occumbentes. Saepissime externa remedia, emplastra, unguenta, linimenta, cicatrices ut evitentur, exhibuere.

§ 12

In rhevmatismo morbo praecipueque anomaliis arthriticis miras sibi laici fingunt curationes, instar omnium fomenta frigida vinosa, repellentia ad partem affectam applicantur, res, qua arthritis regularis in anomalam, retrogradam verti solet, qua materies, quam arthriticam dicunt, ad nobiliora viscera, ut cerebrum, pulmones, intestina non raro deponitur, non raro pars affecta in exulcerationem, cariem versatur.

§ 13

In affectionibus pectoris, in anginis varii ge-

heris plebeji de indole, causa, origine non solliciti ad inanes plerumque potus theatos, aut et audaciora remedia, venae sectionem confugiunt, vomitoria, drastica haud raro exhibent purgantia. Communiter omnes morbos asthmaticos Brust Beengung declarant, cum multo saepius morbus hydrothorax est, cui remedia ex diametro opposita adhibent. Notum est, inter omnes morbos nullum tam variis domesticis maximo cum hominum damno tractari, quam colicam, mox sine ulla ratione anodyna, mox purgantia, mox imo emetica tentant, dolores aut potibus diversis calefacientibus, aut aromaticis aggrediuntur, porrigitur mixtio quaedam vinosa lubentissime cum aromate quodam, applicatur fomentum aromaticum ad abdomen. Quam vanum sit, unicum in colica et quidem universale proponere velle remedium, abundanter perito patet, cum saepe prudentissimi medici ad diversas colicae indoles eruendas consilium vix sufficit. Vulgus omnem colicam pro flatulenta, sordibus gastricis habens, modo calefacientibus tentare solet morbum removere, inde ne mirus quidem infelix saepe eventus, et in gangraenam et mortem exitus. Mihi recens est memoria juvenis cujusdam amici, qui florentissima valetudine gaudebat, vesperi autem diei unius doloribus colicis correptus parentum suasu affatim spirituosa sumere debuit. Altero

jam die vespere inflammatio ad eum gradum exaggerata fuit, ut perdita medici serius amssiti G — T. omni opera lethalis in gangraenam exitus praeverti nulla ratione potuerit.

§ 14

Raro videmus hominem, quin interdum in vita odontalgia laboraverit. Remedia vero contra dentium dolores a plebe innummerosissima statuuntur. Acida mineralia concentrata, salia alcalina, acria quaeque, uti oleum caryophyllorum, oleum origani, opium, camphora, calamus aromaticus, radix armoraciae, piper niger, spirituosa, naphtae indiscriminatim huic opponent morbo, remedia, quibus haud raro gingiva, lingua, dentes et palatum arroduntur, atque inflammantur, ita ut longe pejora, quam dentium dolores producantur mala. In aurium morbis, uti eorum fluxu morboso, in cophosi multa non solum inania sed et summopere noxia adhibentur remedia. Sic in aurium fluxu pertinaci pulverem lapidis calaminaris inspergi vidi, quo remedio materia sanosa indurari, novumque inflammationis momentum excitari oportebat; alii succos expressos verbi gratia aut cepae aut allii injiciunt, iterum momentum ad excitandam novam inflammationem, ulcera et cariem ossium auditus.

§ 15

In ophtalmiis et quibuscunque oculorum affectionibus quaevis vetula, quaevis fere familia arcanum aliquod se possidere affirmat, quo nil tutius esse gloriantur. Talia sunt pulveres varii generis, v. g. sacharum album, sacharum saturni, vitriolum album, flores zinci, tutia, lapis calaminaris, aut collyria mere adstringentia, aut aqua rosarum, mucilago seminum cydoniorum, unguentum nihili, extractum saturni, non raro mercurialia. Vulgarissima unguenta diversi generis sunt, quorum tamen constans fere ingrediens mercurius praecipitatus ruber esse solet. Haec per se quidem bona, modo indicationibus et casibus certis remedia adstricta, in pestem oculorum cedere, si indiscriminatim, ut fieri vidimus, oculis adplicantur, per se elucet.

§ 16

Frequenti inter puellas ac mulieres morbosae obstructioni aut retentioni mensium vetulae opponere solent crocum, baccas lauri cum vino decoctas, infusum sabinae aut et oleosa sine mensura exhibita, minime causas saepe e diametro sibi oppositas respicientes, uti graviditatem, plethoram, debilitatem, vel alium statum morbosum, quo menses retineri queunt. Frequentissimas hujus methodi sequelas tristissimas, abortus, inflamatio-

ationes abdominis, graves saepe lethales hae-
orrhagias enasci, magnopere usus docet. In
arrhoeis et dyssenteriis curandis notabile quo-
ıe ex medicationibus domesticis damnum infer-
r, et imprimis ex praecipiti nimis inhibitione
tinetur saepe materies morbosa hac via criticum
modum eliminanda, depositiones in alios lo-
s inde fiunt; atque secretiones vicariae morbo-
e, obstructiones, scirrhi.

Vulgatum hic est remedium, nucem moscha-
ı vino rubro infusam exhibere, hinc damnosi
ctus eo citius oriuntur.

§ 17

Sunt homines, quorum pedes sudare solent,
laici de sudoris suppressione solliciti adhibent
luvia frigida, in quibus alumen crudum so-
m est. Res aleae plena est, quippe quae sa-
em illam secretionem, cui natura jam ex tan-
ıde tempore adsueverat, subito sistat, inde
tigines, temulentia capitis, aurium tinnitus,
m dolores exoriri solent. Quantae cum ve-
i, cum clavis pedum, naevis maternis nequi-
non excercentur? Quantae non cum usu
strorum, unguentorum in ulceribus sanan-
ıs in psora, achore, tinea capitis, et lue ve-

§ 18

Maximis et perniciosissimis praejudiciis mu lierculae circa neonatos, eorundem educationem suctionem, et ablactationem scatent, et disser tatio mea in enormem molem ercresceret, fusius omnes superstitiones, et errores hujus modi enarrare vellem. Liceat mihi solummo do in scriptionis fine aliquos e multis ill morbis recensere, in quibus remedia dom stica in summum infantis detrimentum adhibe tur.

Imo Omnium periculosissimum infanti morbum, hydropem ventriculorum cerebri a tum memorabo, proh dolor inscii causarum, scii indolis mali hic non raro cardiaca, vinu vinum adustum, nervina, imo vomitoria ad bent, mediis, quibus morbus ad summum culm tolli debet.

IIdo Alter non minus periculosus infant morbus est angina menbranacea, quae sub tarrhi specie incedens parentes ad domesticor usum invitare solet, nimisque serius medico vocato sanatio evadit impossibilis.

IIItio In aphthis linguae et faucium q vis mulier remedia exhibet, commune est sa rum; cunctando, ulterius adhibendo talia do stica saepe infans neglectus omnino misere p

§ 19

His exemplis, quibus, si voluissem, plurima potuissem alia addere noxa remediorum domesticorum, pro virili parte me explicavisse spero, quam ob rem nil ardentius exopto, quam ut medici plebejos, ubi occasio sese offerat, de eorundem usu deterreant, quamvis sane abusu omnis non tollatur usus.

CURRICULUM VITAE

EX DECRETO

GRATIOSAE FACULTATIS MEDICAE

BEROLINENSIS

ADJECTUM.

Ego Stephanus Leifhelm ex Altenberge in guest phalia quarto die mensis aprilis anno millesimo septingentesimo nonagesimo quarto natus sum. Privatim eruditus primis elementis, in quibus addiscendis plurimum me debere dilectissimo meo avunculo Henrico Beckstedde, grato animo ingenue fateor; quindecimo vitae anno exacto Gymnasium paulinum monasterii Guestphalorum frequentare incepi, cujus per classes studiis scholasticis rite absolutis, studio physiologiae, logicae et physicae me dedi. A studio harum doctrinarum in medicas artes converti animum, itaque examine scholastico peracto anno MDCCCXI civibus facultatis medicae monasteriensis adscrip

us sum. Dein in anthropologia beatum Land-graeber, Bodde in chemia, Sentrup in anatomia, n encyclopaedia Siebenbergen, in chirurgia We-gehausen audivi. Sequenti semestri aestivo prae-ectionibus interfui de botanica et pharmacia duce Herold, de physiologia docente Landgraeber, de nateria medica docente Bodde, de pathologia et herapia legente de Druffel. Altero anno acade-nico in theatro anatomico dissecandis cadaveri-ous operam dedi. Sed bello sacro pro patria et ibertate erumpente, relicto litterarum studio, sig-ia nostri Regis elementissimi secutus, peditum gmini cuidam, ut chirurgi fungar munere, ad-criptus sum, quo agmine postea dimissus in nonasterium ad revocanda studia redii, sed per imis breve tempus musis redditus altero bello xoriente iterum a studiis sum avocatus, et per liquot menses in nosocomio monasterii vulneri-us, quantum in me erat, curandis operam dedi. Postea novo cum ardore studiis medicinae et chi-urgiae inprimis doctrinis nosologico theraperticis ie obtuli, et tandem sub flexu anni MDCCCXV, erolinun altioris perfectionis sedem, ad cursus me-icos chirurgicos absolvendos, petivi, quapropter se-ulo in hac celeberrima academia interfui praelec-onibus perillustrissimi C. W. Hufeland de thera-a generali et semiotice, illustrissimi Fr. Hufe-nd de pathologia generali, semiotice et therapia

speciali; celeberrimi Osann de physiologia et materia medica, de doctrina fracturarum et luxationum illustrissimum Graefe docentem audivi; de anatomia ac illa organorum sensuum docente illustriss. Rudolphi, et demum illis praelectionibus illustrissimi Knape de splanchnologia. Tentamen et examen rigorosum Ordinis Medicorum Berolinensis quum substinuerim, peracto jam cursu anatomico chirurgico, summos in medicina et chirurgia honores apud gratiosum hunc ordinem rite ambio.

THESES DEFENDENDAE.

I.

Quo multipliciora in morbo sunt remedia, eo incertior sanatio.

II.

Vis vitalis et sanguini competit.

III.

Trepanatio cranii curam certam non promittit.

IV.

Medicamenta naturae diversae habent vim antispasmodicam.

V.

Cura viarum primarum nunquam negligenda est.

VI.

Usus medicaminum domesticorum saepius cum periculo junctus est.